



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

2. Monstri acceptio, & exempla.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

428. Cap. XLVII. Quid, quæ varia, & ubi sunt monstra?

hæc Agathonia canticum, quæ sola argumenti suavitatem permul-  
ceat; sed utiliter iucundam disputationem propinabit.

II.

Monstrum autem Grammaticis, quod aliquid significando monstraret, dictum, et si aliqui inter animantia, sive homines, sive bruta, Portentum verò in rebus inanimatis dunta-  
xat aiunt reperiri; parum tamen referr, de vtris id nomen  
vsurpes. Potest enim æquè aliquid in cælo, elementis, lapi-  
dibus aut metallis monstrari, ac in hominibus aut brutis por-  
tendi. Est igitur Monstrum vniuersim aliquid prater naturam  
editum, aut procreatuum: vel, vt in scholis loquuntur, est effectum  
naturæ, qui deniat à recta consuetâ secundum speciem, dispositio-  
ne. Itaque quod magis deuiat, magis est monstrum; & prodigii  
mensura, est erroris magnitudo. Sic

Iuuenal. Sa-  
tyr. 2.

Scilicet horreores, maioraq; monstra putares,  
Si mulier vitulum, vel si bos ederet agnum.

Herodot. I. 1.

Sic monstrum dictum est, quando Meles Sardum rex sustulit  
ex pellice leonem, homo illius parens, qui filius esse non po-  
tuit. Quamuis enim neque vitulus alioqui, neque agnus, ne-  
que leo est monstrum, si primum vacca, alterum ouis, tertium  
leæna pariat; partus tamen isti, quando à progenitoribus suis  
in totum discrepant, in totum sunt monstra, quia in totum du-  
ciant à recta consuetâ, secundum speciem, dispositione. Ne autem  
in naturæ historia, Poëtica duntaxat autoritate, aut exemplo  
conficto nisi videamus, testantur sive digni scriptores, aliquid

Isidor. lib. II.  
Origin. Ni-  
ceph. I. 2. c. 4.  
hist. Eccl. &  
Ioseph. lib. 7.  
de bell. Ind.  
cap. 12.

simile eueniisse. Nam ex muliere vitulum natum affirmatil-  
dorus. Idem affirmant alij factum apud Iudeos. Fertur enim  
paulo ante Hierosolymitanæ ciuitatis euersionem, bos agnum  
pro maximo utique monstro habitum, peperisse. Quanquam  
autem res ita se habeat, vulgo tamen magis monstrum esse pu-  
tantur, quæ non in totum, sed in partibus solum diuersarum

Aristot. lib. 4.  
de generat.  
animal. c. 3.  
A Gellius  
noct. Attic.  
lib. 9 cap. 4.  
Vide & Plin.

naturarum mixturâ à specie dearrant, vt puer capite arietino,  
vitulus humano, ouis bubulo, equus asinino, nati, teste Ari-  
stotele; & Arimaspi, qui, ritu Cyclopis Homerici, unum ocu-  
lum in fronte gerunt; itemque qui sine ceruicibus oculos ha-  
bent in humeris, vt recenset Gellius; & qui caninis capitibus,

gatti

gati, vt cūm regnante, apud Gallos Ludouico duodecimo, & fedente in pontificatu Iulio secundo, monſtrum natum est, Rauennæ, habens cornu in capite, vtrinque alas, brachia nulla, pedem vnuña, oculum in genu, vtrumque sexum, in medio pectore ypsilon, & crucis effigiem. Nimirum hæc talia oculo insueta, & in vno corpore diuersarum alioquin animarum organa, enormiora videntur, cūm tamen reipsa illa, quæ tota degenerant ab uno, vel vtroque genitore, plus errent, si cūm specie illorum, & origine sua comparentur. Similior quippe est homini partus, qui aliquid habet hominis, quām qui nihil. Atque hæc quidem, quid sīnt Monſtra, docent. Videndum nunc est etiam, an talia, & quām varia, itemque quibus in rebus occurrant? Illis enim negatis, nequicquam diuinæ potestatis, bonitatis, & æquitatis in ijs judicia indagaremus: at enucleatè perspectis, exclamare nobis libebit: *Quis similis tui in fortibus, Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis faciens mirabilia?*

lib. 5. cap. 8.  
lib. 7. cap. 2.  
Iſidor. lib. 11.  
cap. 3.

## III.

Reperiuntur itaque eiusmodi inconsueti naturæ effetus, in omni propemodum rerum genere, in elementis, in lapidibus, in metallis, in plantis, in bestijs, in hominibus, apud quos non natura tantum errat, sed sapienter etiam mores, qui à ratione deuīj haud immerito & ipsi monſtrosi appellantur: sicut & aliæ quædam res insolite & inconsuetæ. Artes autem, etiam quændo monſtra producunt, si scitè producunt, non errant, sed id producunt, quod volunt. Quare picti, aut sculpti Satyriſci, Tragelaphi, Hippocentauri, non tam monſtra, quām imagines monſtrorum sunt appellandi. Quod si quis, præter mentem suam, aut contra voluntatem, diabolum pingit, cūm Angelum formosum destinasset, is effectus, non arti, sed imperitia artis est attribuendus. Vnde, si ad mentem pingere volentis attendamus, monſtra possunt dici, sed artificis verius, quām artis. Naturæ autem monſtra, quæ non sunt præter mentem summi Opificis, sed præter peculiaris duntaxat naturæ finem, in omnibus subinde elementis gigni, immo non tantum supra nos in aëre, qui in sacris & profanis libris calum appellatur, sed etiam in cælo ipso superiore con-

Math. 6. 26.  
& 8. 20. & 12.  
13 Plin lib. 2.  
cap. 48.

Kkkk 3 spici,